Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nisi libenter a libere · cuius omnia consilia
resq: omnes quas gerit ab ipso proficiscuntur
eodemq: feruntur · nec est ulla res que pl
us apud eum polleat q̃ ipsius uoluntas at
q: iudicium · cuiquidem etiam que uim
maximam habere dicitur fortuna ipsa ce
dit · sicut sapiens poeta dicit Suis quisq:
fungitur moribus · soli igitur contingit sa
pienti ut nichil faciat inuitus · nichil do
lens · nichil coactus · quod & si ita esse plu
ribus uerbis disserendum est · nisi qui ita
affectus sit esse liberum neminem · Serui
igitur omnes improbi · nec hoc tam re q̃ dic
tu inopinatum atq: mirabile · non enim
ita dicunt eos esse seruos ut mancipia que
sunt dominorum & facta nexu & aliquo
iure ciuili · Sed si seruitus sit sicut est
obediencia fracti animi atq: abiecti & arbi
trio carentis suo · quis neg& omnes leues
omnes cupidos · omnes demq: improbos
esse seruos? An ille michi liber uidetur?